

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Virtus m
cum fonte primo

Sicut quibusdam uisum est ut de primis quattuor uirtutibus loquar: prudentia, temperancia, fortitudine atque iusticia; quanto perfecte sunt singule, tanto sibi sunt coniuncte. Disiuncte autem perfecte esse nequaquam possunt quia nec prudentia uera est que iusta, temperans et fortis non est; nec temperancia perfecta que fortis, iusta et prudens non est; nec fortitudo integra que prudens, temperans et iusta non est; nec iusticia uera que prudens, fortis et temperans non est.

Gregorius libro XXII. moralium.

Vt enim, sicut quibusdam uisum est, de primis quattuor uirtutibus loquar: prudentia, temperantia, fortitudo atque iustitia; tanto perfectae sunt singulae, quanto uicissim sibimet coniunctae. Disiunctae autem perfectae esse nequaquam possunt, quia nec prudentia uera est quae iusta, temperans et fortis non est; nec perfecta temperantia quae fortis, iusta et prudens non est; nec fortitudo integra quae prudens, temperans et iusta non est; nec uera iusticia quae prudens, fortis et temperans non est.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 22, 1, 2 (CCSL 143A, M. Adriaen ed., p.1093, ll.35-43).